

contrahendi, eumque proinde non verè contrahere; non videtur, quia ratione negatur hoc idem in sponsalibus continere posse, cum utrobique eadem prorsus ratio militet; Nec etiã valet, quod Hurtadus aiebat, talem verbalem, & fictam promissionem abque vero animo promittendi inducere saltem obligationem ex fidelitate, nam totus diffensus valet utique de promissione vera, non tamen de omnino ficta, de qua hic loquimur, in qua promittens, nec animus verè promittendi habuit, nec se obligandi, unde non ex quacunque promissione consequitur naturalis obligatio standi promissis, sed tantum ex illa, quæ est vera promissio: Quòd verò promissio, quamvis tantum exterior, & verbalis sit vera promissio respectu hominis, qui eor non intuetur, sed tantum externa verba; probat tantum, ut dicebamus, quod talis promissio vera reputaretur in foro externo, & talem Ecclesia esse presumat, non tamen probat, quòd vera, & legitima esset in foro interno, de quo hic loquimur.

289 Sed Vasquez, probare conatur, intentionem promittendi internam ab externa promissione verbali separari non posse nec stare, ut profertur externa promissio abque vero animo promittendi, quia promissio non est aliud, quàm enunciatio faciendi aliquid in gratiam alterius, que enunciatio ad Deum quidem fit per actum intellectus in mente, ad homines verò per verba, aut alia signa externa, ergò velle promittere ad homines non est aliud, quàm velle proferte talia verba, & signa, idèque non alia intentio promittendi requiritur, nec potest stare eterna promissio abque interna voluntate promittendi; sicut stare non potest, homines velle verba infamatoria proferte coram multis sine animo detrahendi, aut velle legaliter aliquem ferire exterius abque animo feriendi, sequitur ergo ex natura ipsa promissionis, hominem posse exterius promittere voluntariè, & verba promissionis proferte abque animo, & voluntate promittendi. Confirmatur, quia externè promittere est verba promissionis proferte, & exprimere, quod sine animo profertendi, & exprimendi fieri nequit, & expressio promissionis abque implicitantia fieri nequit abque animo eam faciendi; ergò necque abque animo promittendi.

190 Respondetur negando assumptum, nam etiam promissio apud homines præter verba, vel signa promissionis externa actum quoque intellectus internum inportat, qui talibus verbis correspondere debet, ut promissio vera, & seria dicatur, sicut etiam quando vorum, ac promissio ad Deum verbis quoque profertur, & transit de ratione promissionis est, ut verba externa serio, & ex animo profertantur, ut expressiva, & significativa talis promissionis, & obligationis; cum ergo tantum ioco profertantur, & ludendi, vel decipiendi gratia, tunc veram promissionem non constituent; Nec valet paritas adducta de voluntariè verba infamatoria profertente, & larhali feriente, quia sic faciens eo ipso habet animum, & intentionem infamandi, & feriendi, quia larhale vulturn ex se præcisè habet independentem à voluntate vulnerantis, quod fit larhale; & diffamatio inest externis verbis infamatoris independentem à voluntate profertentis, à qua eorum verborum significatio non dependet; & idè qui sciens, & volens facit huiusmodi actus externos, eo ipso animum, & intentionem habet faciendum per illos significatam ex se, & independentem à voluntate loquentis, vel ferientis; At promissio verò tantum externo prolata abque animo promittendi non est promissio præcisè, seu non est ex se vera, & seria promissio, sed dependenter ab animo, & intentione adstringendi suam fidem ei, cui verbum illud dicitur, ac proinde intentione illa deficiente non est vera, & falsa promissio, sed tantum ficta, & simulata. Ad Confirmationem patet per idem, quando enim promissio exterius profertur ioco, vel dolo abque animo, & intentione promittendi, & fidem alteri adstringendi, talis promissio non dicitur formalis, sed tantum materialis, ad hoc enim ut verba dicantur formaliter promissoria, non sufficit sola verborum prolatio, sed ulterius requiritur propositum, & intentio promittendi, & alteri fidem adstringendi, quæ si deficit, non erit vera, & formalis promissio, sed tantum materialis, & simulata: Unde in proposito, & intentione promissionis vera, & formalis adest ordinatio non solum menti ad verba illa materialia, sed verborum etiam ad mentem, quæ vult ita esse, sicut dicitur, & verba ipsa significant; in proposito verò promissionis materialis adest solum ordinatio voluntatis ad dicendum illa verba, quæ solum sunt conformia menti ea proferte volenti cum deceptione, & dolo, non autem serio, & cum veritate; quare in promissione ficta, & verbalis adest tantum propositum ferendi verba illa materialiter, sciam, dabo &c. non autem formaliter, hoc est, faciendi, quod per ea verba significatur, & idè verba illa sunt quidem conformia proposito de his dicendis, & profertendis, non autem menti proni-ssiva, quæ in casu non adest.

291 Dubitatur secundo de secundo genere promissionis, quando nimirum habet quis animum promittendi, non tamen se obligandi, & queritur, an obliget promissio, quæ fit animo promittendi, non tamen se obligandi; Affirmant aliqui, & consequenter dicunt, sic promittentem verè sponsalia contrahere, & obligari, ita idem Vasquez, Turt. Petrus Ledesma, Dominicus Soto,

Aragonius, & alii. Hurtadus verò dicit, diff. 10 consequenter ad sua principia inquit, prædictam promissionem esse validam ad obligandum ex fidelitate, non tamen ad obligandum ex iustitia. Fundamentum huius opinionis est, quia sicut calor est effectus naturalis ignis, sic obligatio promissionis; ergo sicut calor necessariò sequitur ignem, etiã quis nolit, sic obligatio promissionem; ergo qui verè promittit, verè obligatur, etiã si nolit. Confirmatur, quia ad promissionem de iure natura sequitur obligatio, alias esset frustratoria; ergo promissio semper est cum obligatione annexa, alioquin à promissis omnes recederet. Demum, promittens tenetur saltem ex fidelitate observare; ergo etiã si deest voluntas obligandi, debet observare fidem; probatur assumptum, quia fidelitas obligat, ut verba oris menti correspondent; dum ergo quis verba promissionis protulit, iam eo ipso manet obligatus saltem ex fidelitate implere, quod dixit, ut nempe servetur iustus in conformitate futuri eventus cum verbis præteritis; & sic talis promissio externa cum animo promittendi sufficit ad sponsalia.

292 Opposita sententia communior, & probabilior docet, promissionem factam ex animo promittendi, sed cum animo non se obligandi, non esse validam ad obligandum, ac proinde se promittentem non contrahere sponsalia, nec obligari ex vi talis promissionis; ita Sanc. Tancred. Averfa, Cominch. Becanus, Casp. Brancatus ex nostris, & alii passim, quod omnes probant hæc unica ratione, que est efficacissima, quia conditio verbis expressa, vel mente retenta, quæ ad veritatem substantiat matrimonium, ipsam annullat, quamvis contrahens cum illa conditione habeat animum contrahendi ex conditione Conditioni. appositæ, ut dictum est in superioribus, ergo similiter invalidæ sponsalia, & quæcumque promissionem conditioni contraria substantiat illorum; at de intrinseca ratione sponsalium, & cuiusvis alterius contractus est animus, & intentio se obligandi, ergo conditio, quæ huic animo ad veritatem, promissionem reddit invalidam; Minor subtilitas probatur, quia consensus sine obligatione non sufficit ad contractum onerosum, idè enim contractus dicitur onerosus, quia imponit contrahenti onus ad aliquid faciendum, dandum, & permutandum, ergo si deest consensus ad dandum, faciendum &c. non est contractus. Et planè immerito profertur negat Hurtadus loc. cit. intentionem non se obligandi esse contra substantiam promissionis; hoc enim exprimitur in matrimonio, si enim quis consentiat abque animo se obligandi, non tenet, ut omnes fatentur, ergo idem dicendum erit in sponsalibus, cum sint contractus eiusdem rationis; idem etiam experitur in voto, si enim deest animus obligandi, non est votum ex c. *literaturam* de Voto, ergo de sponsalibus idem dicendum est, cum sit eadem ratio, sicut enim per votum aliquid Deo promittimus, ita per sponsalia matrimonium promittitur sponsæ. Imò hæc etiam ratione deducunt Auctores citati, nec huiusmodi promissionem animo non se obligandi factam obligare, etiã si firmetur iuramento, supposito promittentem non habere animum obligandi se, tamen habet animum promittendi, & iurandi; & ratio est, quia sicut promissio per se non obligat, nisi adit animus obligandi; ita similiter iuramentum non obligat, nisi adit animus obligandi, nec Deus acceptat iuramentum, nisi secundum hominis intentionem c. *humane aures* 22. q. 5.

293 Diximus autem promittentem eo modo, scilicet cum animo promittendi, non autem cum animo se obligandi, non obligari ex vi talis promissionis ad eam servandam, quia ut notat Bonacina q. 1. p. 2. cum Ledesma, Rebell. Lessio, & aliis, fieri potest, ut ob aliam rationem servanda sit promissio, ut in datione vitandi scandali, si alter evitari non potest, quàm per adimplerionem promissionis; idè sic promittens etiam hoc modo cogetur in foro externo stare promissis, eaque servare, quia ut supra dictum est, iurata præsumitur cum intentione iurandi, & se obligandi. Similiter fieri potest, ut obligetur stare promissionis, non solum ratione scandali vitandi, sed etiam ratione damni præveniendi, ut quando quis facta promissione matrimonii, aut ficto iuramento aliquid deceptit illam deservendo, quamvis enim in tali casu non tenentur ex vi promissionis, aut iuramenti verare promissionem, matrimonium celebratum cum decepta, teneatur tamen ratione damni in iustè illati, ut dictum est *art. præd. diff. 4.* & ratio est, quia censetur causa iniusta illius damni, si eam non duceret, neque alioquin mille fraudibus via in contractibus aperiretur; neque satisfacit datione deservatorum, si ipsa non est dote contenta, quia promissio præcedens non fuit de dote, sed de ipso matrimonio contrahendo.

294 Ad fundamentum primæ opinionis respondent communitè Auctores secunde, non est quacunque promissione consequitur necessario obligationem standi promissis, sed tantum ex illa, que est vera promissio, non est autem vera promissio, si deest animus se obligandi, nam hic animus, & hæc intentio est de essentia promissionis. Verum hæc communis solutio non omnino vim argumenti tollit, quia promissio secundi generis, de qua disputatur in hac secunda Difficultate, non est omnino ficta, & deceptoria, si cut est promissio primi generis, que est merè verbalis suppositum enim, promissionem huius secundi generis, de qua hic est sermo,

mo, fieri cum animo, & intentione promittendi, licet non cum animo, & intentione se obligandi, quare cum tali intentione fiat, & non sit merè verbalis, videtur esse vera, & seria, quantum sufficit ad rationem promissionis; & idè si ad veram promissionem obligatio consequitur, quando quis habet animum promittendi, non tamen se obligandi, si sic promittit adhuc contrahere verè sponsalia. & obligari videtur; & sic data responsio non satisfacta; Quod si ita respondente velint, illam tantum promissionem dici veram, & seriam; que sit non solum cum animo promittendi, sed etiam cum animo obligandi, plane repugnabit, omnino habere animum promittendi, & non se obligandi, quia hæc duo erunt de essentia verè promissionis, & deficiente altera intentione, scilicet se obligandi, promissio dici debet omnino ficta, & deceptoria, quod rationaliter dici nequit, cum supponatur adesse intentio promittendi, licet non se obligandi, unde saltem ex parte dici debet vera promissio; Mihi itaque dicendum videtur, non aliter contingere posse, ut quis habeat animum promittendi, sed non se obligandi, nisi quia putet, promissionem factam cum solo animo promittendi non obligare, nisi etiam addatur intentio se obligandi, alioquin enim si putet obligare, plane repugnat omnino habere animum promittendi; & non se obligandi; & sic frustra ageretur hæc difficultas; Dato ergo casu, qui utique contingere potest, ut quis putet, promissionem ex se non obligare, nisi addatur intentio se obligandi, si matrimonium promittit cum intentione promittendi, sed non se obligandi, sponsalia verè non contrahet, nec obligatus manet ad matrimonium ex vi talis promissionis, quia abque sua voluntate in hoc obligari non potest; cum huiusmodi obligatio promissionis non imponatur ab extrinseco, aut ab alio Superiore, sed ex voluntate, & intentione propria promittentis; iam deficiente hæc intentione, factæ obligationi non confertur ex vi simplicis promissionem etiam factæ cum intentione promittendi; quare ad valorem sponsalium requiritur voluntas promittendi cognoscendo vim promissionis ad obligandum, vel si putet, promissionem ex se talem vim non habere, requiritur ulterius voluntas, & intentio se obligandi, aliter verè sponsalia non erunt, nec verus contractus, sed sola simplex promissio, ut etiam notavit Averfa q. 8. sec. 2.

Hoc idem sentit Tancred. lib. 1. d. 1. q. 2. n. 8. ubi ait, esse vera sponsalia, si promittens habuit animum se obligandi, quamvis non haberit animum ex servandi, ut dicitur est ab initio articuli; si cut etiam si quis sciens naturam promissionis promittat, sponsalia valida erunt, quamvis non habeat explicitè animum se obligandi, quia qui vult antecedere, vult necessariò consequens l. 1. ff. *si ususfructus*, vel statim ac promittit cum animo se obligandi, mutavit talem animum, quia iam sunt vera sponsalia, nec per illam mutationem finit irrita; at si promittens sit ignarus omnino nature promissionis, que scilicet est, ut pariat obligationem iuxta commune axioma: *promissio boni vero est obligatio*, tunc si promittat etiam cum vero animo promittendi, non autem se obligandi, nulla erunt sponsalia, quia hic talis per hanc vocem, promissio, non intelligit obligationem oriri, supponitur enim, nescire promissionis naturam, & vim, quæ est obligatoria, nisi tamen veller ea intentione promittere, quæ ceteri solent; ita discurret Tancred. loc. cit. qui discursus coincidit cum doctrina jam tradita pro solutione argumenti in oppositum.

295 Ad Confirmationem concedo, ex natura verè promissionis obligationem oriri, nec esse in potestate promittentis ex animo promittere, & non manere obligatum ad promissa servanda, si vim promissionis agnoscat; at si eam non agnoscat, ut in nostro casu supponitur, promissio obligatoria non erit, nisi adit etiam expressa intentio se per eam obligandi; & gratis concedo, huiusmodi promissionem in tali casu factam sine animo obligandi frustratoriam fore, & in tali casu sic promittentem à promissis recedere posse in foro interno; non tamen sineret recedere in externo, quia Iudex præsumit, promittentem habuisse animum requisitum ad veram promissionem, & eius vim, & naturam sufficienter agnovisse.

Ad ultimum dico, quod licet promittens tenetur ex fidelitate habere animum se obligandi, aliàs si de re gravi agatur, mortaliter peccat, & venialiter tantum, si de re levi; si tamen promissit abque animo se obligandi, quod est promissum decipere, non tenetur stare promissis ex iustitia, quia obligatio promissoria, ut supra dictum est, non imponitur ab extrinseco, aut ab alio Superiore, sed ex voluntate, & intentione propria promittentis; adhuc tamen fidelitatem veracitatis violavit dicendo verba promissoria, que obligationem significabant, & tamen non erant menti conformia, que animum se obligandi non habebat; ac proinde hoc modo matrimonium promittens contra fidelitatem veracitatis mortaliter peccavit, non tamen tenetur ex iustitia exequi, & stare promissis, quia nulla adest obligatio, & in hoc sensu benedixit Hurtadus loc. cit. promissionem matrimonii ex animo promittendi factam cum animo non se obligandi esse validam ad obligandum ex fidelitate, quia dicta promissio, quamvis ex animo non se obligandi facta, est vera promissio, cum sit enunciatio, qua promittens ex animo offert fidem contrahendi matrimonium, in qua sita est natura promissionis, ex natura autem, seu ex iure na-

turali verè promissionis nequit non oriri obligatio fidelitatis ad standum promissis, quia quamvis promittens nolit ad id obligari, est contra fidelitatem veracitatis non conformare dicti menti; quia fidelitas obligat, ut verba oris menti correspondent; Sed quicquid sit de his metaphysicis questionibus, an promissio externa dati possit abque animo promittendi, & an vera promissio interna, & externa separari possint ab obligatione executivâ, & standi promissis, ac non, concludendum est, quòd si promittentem matrimonium deficiat animus non se obligandi, talis promissio non est valida, nec sufficit ad contrahenda sponsalia; Alia hic disputari solent de Sponsalibus. An scilicet in sponsalibus apponi possit pena in eum, qui fidem frangit; An in contractu sponsalium liceat arras apponere; An possit intervenire fideiussor, & pignora, & alia huiusmodi, quæ cum sint merè moralia, apud Summas videri possunt.

QUESTIO DECIMA.

De dissolutione Sponsalium.

296 Quia contractus sponsalitiis non est natura sua indissolubilis, sicut conjugalis, ut habetur in cap. 2. de Sponsalibus, conveniunt Doctores omnes tam Theologi, quam Canonistæ, obligationem in sponsalibus contractam aliquando cessare, & dissolvi posse ob aliqua impedimenta supervenientia, seu ob iustam aliquam causam, cum enim in sola promissione de futuro consistat, potest omnino dissolvi, itaut promissionis obligatio cesset; possuntque sponsalia pluribus modis, & causis dissolvi, quæ ad quinque capita revocari possunt, ut notat Averfa q. 8. sec. 11. Primum ex simpliciter eorumdem sponsalium voluntate. Secundum ex mutatione status incompatibilis cum matrimonio. Tertium ex permutatione in alia sponsalia, vel aliud matrimonium. Quartum ex novis causis post sponsalia supervenientibus. Quintum tandem ex causis antecedentibus noviter detectis de quibus singulis breviter nobis in hac questione agendum est sequentibus articulis.

ARTICULUS PRIMUS.

De variis modis, quibus sponsalia dissolvi possunt.

297 Primum sponsalia dissolvi possunt per mutuum consensum, & mutuum ipsorum sponsorum remissionem liberè factâ, dum scilicet uterque sciam sibi ab altero traditam remittit, & obligationem relaxat; ita Doctores communiter, & ratio est, quia contractus hic natura sua est dissolubilis, ut dictum est; contractus autem dissolubilis dissolvi potest ex voluntate contrahentium, ut res enim, per quas causas nascitur, per easdem dissolvitur, ut patet ex regula generali omnium contractuum, & obligationum, que sumitur ex c. 1. de regulis juris, & idem dicendum est, quamvis sponsalia fuerint iuramento confirmata, quia cum materia iuramenti, inquam cadit, sit promissio facta homini, altero promissionem remittente, cessat obligatio iuramenti, quæ in illa fundatur cap. *Debitores de iurejurando*; Et hoc etiam afferendum est, quando iuramentum esset principaliter factum invito pietatis in ordine ad Deum, ut quis iurasset quidam puella pauperi eam ducere, & ratio est, quia ad huc res promissa credit in utilitatem partis, unde iuramentum censetur factum sub tacita conditione, si illa persona, in cuius commodum sit, non respuat, & iuri suo cedere nolit; quare ipsa parte obligationem relaxante, vel non servante, quod debet, ipsum quoque iuramentum definit obligare.

298 Hoc autem totum de sponsalibus puberum intelligendum est, non autem impuberum, impuberes dicuntur pueri, qui annum ætatis 14 non attingunt, & puella non attingentes 12, & consequenter puberes dicuntur, qui 14 annum jam attingerunt, & puella quæ annum 12. Quando igitur sponsalia inter impuberes inita fuerint vel ambo, vel unus impuberem, & alterum puberem, non possunt impuberes sua voluntate sponsalia rescindere, ante quam ad pubertatem perveniant, sed solum possunt statim, ac pubertatem attingerint, ita definitum est in cap. *De illis 7. de spons. impub.* cuius dispositionis hæc ratio fuit, ut immaturitatis impuberum occurratur, qui ob eam sapienter contractum, & dissolventem, quia ut sit fortè minus prudenter se obligaverint, possint obligationem excutere, tum ad majorem ætatem pervenirent, & iustitiam magis capacem; unde sponsalia ante pubertatem inita non habent vim simpliciter obligandi ad contrahendum in pubertate, sed habent vim ligandi, ne interim alia sponsalia inentant, & inducant publicæ honestatis impedimentum; Et si impuberes, qui sponsalia contraxerunt, ita se habeant, ut unus prius ad pubertatem perveniat, quem alter, non possunt sponsalia dissolvi, nisi alter quoque ad pubertatis ætatem pervenerit, & habetur ex *cod. ea. De illis*, unde non approbo, quod Becanus cum quibusdam aliis c. 43. q. 16. quod prius factus pubes potest statim rescilire, nec tenetur expe-

expectare pubertatem alterius contrarium enim habetur in dicto Canone, ubi solum docetur posse illos resistere, dum ambo pubertatem attingerint, ut patet legenti textum; posse, inquam, unumquemque eorum resistere, etiam altero inuicem quod si ambo non sint in pubertate constituti, sed unus tantum, falsum est, sponsalia ab eis contracta dissolvi posse per solum dissentium alterius pubertate adepti, ex quo apparet, quod in hoc sunt aequales, ut neuter audiendus sit, donec ambo sint puberes, ut recte notavit Brancat. nosse *disp. 17. ar. 1. n. 245.* neque huiusmodi ratio assignari potest, nisi quia a Glossa asseritur ibidem, quia lex presumit, impubes nec scire, nec intelligere perfecte ante pubertatem; ubi tamen minus recte Brancatus dicit, sponsalia in tali casu dissolvi non posse, nisi uterque ad dissolutionem consenserit, nam oppositum habetur in verbis Canonis ab ipso ibi adductis, & ut patet legenti textum; Et in hoc differunt sponsalia ab impuberibus contracta ab aliis, que in pubertate contrahuntur; hæc enim cum in pleno, & perfecto rationis usui contrahantur, vim habent simpliciter obligandi ad contrahendum, nec dissolvi possunt, nisi mutuo utriusque consensu, & per mutuum amorem remissionem libere factam; ac sponsalia ab impuberibus contracta non habent vim simpliciter obligandi ad contrahendum, in pubertate, sed habent vim ligandi tantum, ne interim alia sponsalia inveniatur ut dictum est, & ideo cum ambo ad pubertatem pervenerint, possunt sponsalia dissolvi, etiam altero invito, & reclamante, ut patet ex verbis Canonis ab ipso Brancato allatis, & bene advertit Averfa *q. 8. sec. 11.* & hoc non solum intelligitur permissivè, & in foro externo, quia non cogitur ab Ecclesia contrahere, sed etiam in foro conscientie, & coram Deo, ideoque sponsalia impuberum dici solent imperfecta.

299 Sed Dubium est, an qui factus est pubes, postquam sponsalibus ante pubertatem contractis resistit, si jurata fuerint, et equalem communionem sententia docet, non possit postea alterum eorum ad pubertatem proventum sua voluntate resistere, quia ita decisum videtur *cap. Ex litteris 2. de sponsalibus*, ubi casus erat de duobus impuberibus qui sponsalia iuramento firmaverant, & postea eorum alter volebat ad alia vota migrare, sed Pontifex respondit, inuitu iuramenti debuisse compelli priorem sponsam accipere, dicens, *eos impubes, qui sponsalia contraxerunt, & iuramento confirmaverunt, cogendos esse ad contrahendum matrimonium, & ita tenent Sanchez, Tancred. Coninch. Bonacina, Hurtadus, Becanus, Averfa, Rebellus, Reginaldus, Caspenis, & alii passim.*

Oppositum tamen docet Ponce *l. 12. cap. 9. n. 7.* hæc efficaciter ratione, quod iuramentum additum contractui sequitur naturam, & conditionem contractus L. final. C. de non numerata pecunia; sed sponsalia in puberum, super quæ cadit iuramentum, ex iuris dispositione habent hanc tacitam conditionem, nisi facti puberes resistunt, ergo item dicendum est de illis, quavis iuramentum accedat. Et plane non video, quia ratione communis opinio doceat, sponsalia pubertate contracta, etiam si fuerint iuramento confirmata, posse adhuc dissolvi, altero promissionem remittente, quia eo ipso cessat quoque obligatio iuramenti, postquam id negat de sponsalibus in impuberibus contractis, & iuramento firmatis; hoc enim iuramentum minus validum, & firmum videtur esse, quam illud, quia lex presumit, impubes nec scire, nec intelligere perfecte ante pubertatem, quia ratione impubes jurare prohibentur *cap. Parvulus 22. q. 1.* ergo sponsalia puberum etiam iuramento firmata dissolvi possunt, itaque concedit communis opinio, tanto magis de iuramento impuberum id concedi debet; Ad auctoritatem verò Canonis adductum responderi potest, eius dispositionem esse intelligendam, quando facti puberes tempore debito non reclamant, casus enim ibi adductus talis fuisse censetur, licet in Canone non exprimitur, nam quando tempore debito non reclamant, etiam non juraverint, cogendi sunt ratione obligationis fidelitatis, & iustitiæ, tanto ergo magis id fieri debet, si iuramentum intercesserit, & ideo Pontifex ait, ibi cogendos esse ad matrimonium contrahendum maxime intuitu iuramenti. Advertendum tamen est, in tali casu declarationem, & contradictionem ad dissolvenda sponsalia apud Episcopum, vel Vicarium fieri debere, vel ipsius deficientibus apud personas honestas, ut constat *ex cap. v. de Despons. impub.* ubi habetur, *si reclamaverint, iudicio Ecclesie separentur, & potest Episcopus dispensare in eo iuramento, ut alter eorum licite reclamet, quando nimirum iurans non habuit sufficientem iudicium, ut possit omnino, & perfecte intelligere vim obligationis, quam iuramento subiit quod non presumitur habere ante etatem pubertatis, quod etiam concedit Sanch. *disp. 17. ar. 25.* Hoc tamen videtur necessarium tantum in foro externo, ut Iudex ferat sententiam pro sponsalibus dirimendis in foro autem conscientie videtur sufficere, ut pubes statim acquisita pubertate interius dissentiat ex Bonacin. *q. 2. p. inc. 6. n. 5.* & ratio est, quia reclamatio requiritur in foro externo, ne pubes ratificare videatur sponsalia prius facta; sed quando interius dissentit, vere non ratificat, ergo in foro conscientie videtur sufficere, si interius dissentiat, quamvis in foro externo ratificasse presumatur non relinquantur apud Iudicem.*

300 Secundo concedunt Doctores, sponsalia quoque dissolvi per Religionis ingressum, sed non eodem modo rem declarant. Ali-

qui enim dicunt, sponsalia non dissolvi per Religionis ingressum, nisi professione secuta, ac proinde si sponsus tempore Novitatus Religionem deserat, tepet ad fidem servandam, nam ingrediens Religionem non statim cedit iuri suo, sed sub ea conditione, si professus fuerit, sponsalia namque per ingressum Religionis dirimi dicuntur, quia est mors quedam spiritalis, at non est mors spiritalis Religionis ingressus, nisi facta professione; ita Durandus, Paludanus, Viguierus, Veracrux, & Armilla. Ex adverso autem plures alii probabiliter existimant, sponsalia dirimi per solum Religionis ingressum ante professionem, ac proinde manentem in sacculo posse statim aliud matrimonium contrahere, & a fidei prioris sponsalium omnino solum esse, ita Navarrus, Sotus, Barrol, Ledesma, Silvester, Angelus, Vivaldus, Becanus, Averfa, Sanchez, Tancred. Bonac. Toletus, & alii passim. Ratio est, quia eo ipso, quod quis Religionem ingreditur, factis se declarat sponsalibus renunciare, siquidem in eonotabili sit mutatio status, nam vulgo magnum censetur deducere, matrimonium inire cum eo, qui fuit Monachus, aut cum eis, quæ fuit Monialis; ergo manens in sacculo liber est ab obligatione.

301 Rursus alii volunt, sponsalia per Religionis ingressum pænitentis dissolvi ex parte utriusque sponsi, scilicet ex parte ingrediti Religionem, quæ ex parte manentis in sacculo, ita ut hic sit liber ad aliud matrimonium contrahendum, & ille, si a Religione egredietur, sit etiam liber ad contrahendum cum alia, ita Sanchez, Tancr. Henring, Becanus, Bonacina, Stephanus S. Gregorio, & alii. Ex adverso autem probabilius tenent alii quàm plures, solum quidem statim sponsalia ex parte illius, qui remanens in sacculo, tunc illece ipso liber sit ad aliud matrimonium contrahendum non tamen statim solvi ex parte alterius, qui religionem ingreditur, sed hæc adhuc obligatum manere, ut si forte egredietur, & altera pars cum acceptet, teneatur adhuc cum eam contrahere; ita Ponce, Coninch. Hurtad. Rebellus, Averfa, Casp. Branc. ex nostris, & plures alii; Et quidem statim sponsalia dissolvi ex parte manentis in sacculo, conceditur etiam ab Auctoribus primæ opinionis, & facile probatur, quia quando fit notabilis mutatio status in altero sponsorum, cessat obligatio sponsalium in omnium sententia, nam contractus sponsalium hanc conditionem tacitam involvit, nisi fiat notabilis mutatio status, vel res, pro qua facta est promissio non fiat notabiliter deterior, aut ejus imperio notabiliter durior; hæc autem omnia in illo casu concurrunt, nam ingressu Religionis notabilis mutatio status fit in persona ingrediente, ut supra dictum est, ad eum de Religione egrediens fiat moraliter minus aptus ad nuptias, quia magnum deducens censetur inire matrimonium cum tali ob notam gravem levitatis, & inconstantiæ offensam in egressu, & permanens in sacculo cogitur expectare, an alter profiteatur, quod est onus græve, ergo &c.

302 Quod aut non solvantur sponsalia statim ex parte alterius, qui Religionem ingreditur, sed adhuc maneat obligatus, si de Religione egredietur, ad fidem servandam, & cum ea contrahere, quæ remanens in sacculo, si parata sit cum acceptare, probatur, quia non fit liber iure aliquo positivo, cum nullum tale extet neque in ingressu ipsius, quia ante professionem potest egredi, ergo si egredietur, & alter velit, teneatur adhuc stare promissus, non enim rationi consonum est, ut qui retrocedit, gaudeat favore Religionis, sed ut in sacculo redeat cum antiquis obligationibus. Confirmatur, quia hæc sponsalia solvantur ex parte manentis in sacculo ob renunciationem ejus, qui Religionem ingreditur, & ob eorum mutationem, non autem simpliciter ex ratione status Religionis in anno probationis, quia talis status intantum est cum matrimonio incompatibilis, in quantum perseverat ille in Religione, quare cum possit egredi, poterit quoque conjugium inire, atque ideo non fit liber ab obligatione sponsalium ex ipso Religionis ingressu, alioqui aditus aperiretur fraudi ad priora sponsalia eludenda, nam fraudolenter, & dolose postea Religionem ingreditur, ut se ab obligatione prioris sponsæ libertate, & aliam ducere posset.

Sed Obiiciunt Auctores primæ opinionis, quia sicut se habent sponsalia, & matrimonium, ita etiam ingressus Religionis, sed Novitatus, & Professio; sed professio dissolvit matrimonium ratum ex parte utriusque, ergo etiam ingressus Religionis dirimit sponsalia ex parte utriusque. Confirmatur, quia votum Religionis dirimitur per ingressum ejus bona fide animo permanendi in ea, ita ut si votum egredietur, experiens eum statum non sibi convenit, & liber manet a voto; ergo talis ingressus sufficit etiam ad dirimenda sponsalia. Denique quia sponsalia non obligant ultra intentionem promittentis, promittens autem non habet intentionem obligandi, si superveniat Religionis ingressus; nam promissio censetur facta cum hac tacita conditione, nisi melior status eligatur; cum ergo melior status eligatur per Religionis ingressum, eo ipso cessat ex parte ipsius obligatio matrimonii.

Respondetur non currere omnimodam paritatem de solutione sponsalium per Religionis ingressum, & matrimonii rati per professionem, quia nec ex iure divino, nec humano inducta est solutio sponsalium per solum ingressum, sicut matrimonii per professionem, sed ex sola convenientia rationis, tum quia status proba-

tionis non est irretractabilis, sicut status professionis, nec conjugii potest stare ex parte unius tantum, sicut potest stare promissio, vel promissionis obligatio, tum tandem quia ut supra dicebamus, non est rationi consonum, ut qui a Religione retrocedit, ejusdem favoribus gaudeat, sed ut cum antiquis obligationibus ad seculum redeat. Ad Confirmationem negatur similiter consequentia, & paritas, quia per Religionis ingressum, & ejus experientiam in anno probationis sufficenter impletur votum Religionis, & ipso ingressu dicitur ejus obligatio cessare, etiam si non sequatur professio, si bona fide factus est ingressus, & sine fraude, & dolo; ingressus autem in Religionem non est impletio sponsalium, neque mutatio in melius, donec perseveret, & proficiatur. Ad ultimum patet per idem, quia non eligitur melior status per solum Religionis ingressum, nisi permanens fuerit, & per professionem irretractabilis reddatur.

303 Denum dubium est, an sponsalia etiam iuramento firmata dissolvi auctor per Religionis ingressum. Negant aliqui, quia ita statum videtur *cap. Commissum de sponsalibus*, ubi dicitur, *Tutus est ex religione iuramentum, per quæ dicitur contrahere, & postea si elegerit ad Religionem migrare, si tamen post dissolutionem copula non dignetur inter venisse carnalis*, quia nempe sic servatur iuramentum, & non impeditur quis ab assumendo perfectiori statu, cum possit post matrimonium ratum, & non consummatum ad Religionem transire. Accedit etiam ratio, quia qui tenetur solvere debita, tenetur ea prius solvere, quàm Religionem ingreditur, ut omnes concedunt, sed sponsus, qui juravit sponsæ, futurum matrimonium, est illi debitor, & potest solvere debuit ante ingressum, ergo tenetur ita Navarrus, Ledesma, Rebellus, & ex nostris Brancatus *disp. 17. tit. art. 11. n. 363.* quia Sotus huic opinioni favet *4. disp. 30. q. 2.*

Communis tamen opinio oppositum docet, sponsalia scilicet etiam iuramento firmata dissolvi per Religionis ingressum, & qui sponsalia contraxit, posse Religionem ingredi, matrimonium non contracto, nisi aliud obstat, quia cum iuramentum sit in confirmationem sponsalium, cessante sponsalium obligatione, cessat etiam iuramenti obligatio; Et ratio est, quia iuramentum sequitur naturam, & conditionem actus, cui apponitur, ac proinde conditio tacite inclusa in actu includitur etiam in iuramento *ex cap. quemadmodum de sperando. C. l. si. C. de non numerata pecunia*, licet promissioni matrimonii inest hæc tacita conditio, nisi promittens elegerit Religionem; ergo & iuramento inest hæc conditio; Minor patet, quia ipsius matrimonii ratio inest hæc conditio, alias post illud ad Religionem transire non liceret, ergo etiam sponsalibus, quare cum Religionem ingrediens post inita sponsalia conditionem implet, non erit perjurus non contrahendo; ita Sanch. Henring, Reginaldus, Gutierrez, Rodriguez, Coninchus, Tancredus, Hurtadus, Averfa, Becanus, Caspenis, Bonacius, & alii passim, quæ sententia sicut est communior, sic etiam probabilior censeri debet.

Neque obstat, quod adducebatur ex dicto *cap. Commissum*, quia Pontifex ibi non obligat, eum, qui sponsalia inivit, debere prius contrahere, quàm Religionem ingreditur, sed solum consilium, quoniam tutius, ut prius contrahat, & in eodem sensu loquitur Scotus *loc. cit.* dicens, id esse consilium, in eorum sensu de dicto Pontifice in eo cap. ubi ait, *tutus esse contrahere*, quibus verbis supponit Pontifex, tutum esse absolute loquendo non contracto matrimonio Religionem ingredi; Nec etiam ratio adducta urget, quia solutio aliorum debitorum non inest tacita conditio, nisi promittens elegerit Religionem, sicut inest promissioni sponsalium, Dixi autem in resolutione dubii, etiam qui sponsalia cum iuramento contracta possit Religionem ingredi, matrimonio non contracto, nisi aliud obstat, quia ex accidenti evenire potest, ut aliquod obstat, ratione cuius non possit Religionem ingredi, sive sponsalia cum iuramento contraxerit, sive non, vel nempe ad legitimam prolem ante forte susceptam, vel ad consulendum famæ mulieris, cum qua nimis familiaritas intercessit, aut ex alio motivo, ob quod ex vinculo iustitiæ obligatur sponsus damnum sponsæ relaxare, nec aliter rescitari potest, quàm contrahendo matrimonium cum ea, de quo videtur Pontifex Bonacina *q. 1. punc. 5. n. 4.*

Tertio conveniunt Doctores, quado unus ex sponsis vovet castitatem, alterum manere liberum a sponsalibus, quia votum visus votum obligationi alterius renunciare censetur, quia intendit ad id se obligare quod cum matrimonio sibi promissio est impossibile; Conveniunt etiam in suspensione ordinis sacri, ut pote ad matrimonium inhabilitatis, dissolvere sponsalia prius facta, imò votum suscipiendi sacros ordines sponsam manere liberam a sponsalibus, quia eo voto sponsus fuit iuri, & obligationi sponsæ renunciare censetur; Dixi per votum suscipiendi ordines sacri, quia sponsalia non dirimuntur per votum suscipiendi ordines minores, imò neque per realem eorum susceptionem, cum minores Ordines statim matrimonii non repugnent. Et tamen Difficultas, an per dictum votum simplex castitatis subsiquens, vel suscipiendi sacros ordines solvantur sponsalia etiam ex parte ipsius vovetis, & liber maneat ab ipsis; Et quidem communior, & probabilior opinio affirmat, & ratio est, quia in sponsalibus, ut dictum est, subintelligitur

Meld. in Quart. Sentent.

illa conditio, nisi perfectior vice status eligatur, non enim debent perfectionem in pedire, cum ergo per votum castitatis, vel suscipiendi ordines sacros perfectior vice status eligatur, status enim ex liba rest. *2. q. can. 10.* sequitur, sponsalia dirimi per votum simplex castitatis, vel sacros ordines suscipiendi, eorumque obligationem cessare ex utraque parte, ita Sotus, Henricus, Sanchez, Gutierrez, Rodriquez, Ledesma, Naldus, Angelus, Vasquez, Ponce, Cajetanus, Azorius, Averfa, Bonacina, Caspenis, Brancatus noiter, & alii passim, ac Stephanus a S. Gregorio.

304 Oppositum docent alii, nempe simplex votum castitatis, vel suscipiendi ordines sacros non dirimit sponsalia, nec obligationem solvete ex parte ejus, qui votum emittit, idque probant, ex opposito fundamento, quia supradicta ratio nullo iure inest sponsalibus, quia non iure aliquo positivo uterque partes, neque iure naturali, aut ex natura sponsalium, quavis celebratus sit perfectior status matrimonii, alii qui promissit Petro diviti rem aliquam, potest illam pauperibus erogare, quia hoc etiam est melius, quod est absurdum, ergo non ab hac rationem solvantur sponsalia ex parte vovetis. Deinde probant ratione, quia illicitè, & invalide promittitur Deo res prius alteri homini promissa, & debita, ut si quis prædium dedit, vel promissit Petro cum titulo oneroso, non potest illud dare, vel promittere Ecclesie, sed per sponsalia promissit, quis corpus sui alteri hominero non valet promittere per votum castitatis, Deo vel sacrorum ordini in prejudicium prioris promissionis, Tandem probat *ex cap. Remissus*, ubi Pontifex jubet poenitentiam imponi ob meritam, fidem mulieris, quæ post sponsalia votum castitatis inserat; ergo votum castitatis subsiquens sponsalia non dirimit, ita Navarrus, Sanch. Tancred. Reginald. Rebel. Coninch. Hurtad. Valencia, Becanus & alii.

306 Resp. negando assumptum, quoad utramque partem, & præ in primis facti consonum est rationi, & iuri naturali, quod prædicta conditio, & reservatio in promissione quoque sponsalium includatur, nam consonum est rationi, ut licitum sit, cuique transire ad statum perfectiorem, & sublimiorem, & de Deo dicere, & tradere, non obstante promissione homini facta, quod etiam a contrario magis apparet, ut ait Averfa *q. 8. sec. 12.* non enim libadaretur, nec valeret, si quis excludendo talem conditionem diceret, promitto tecum contrahere, & promitto tibi, non recedere etiam per dedicationem mei ipsius Deo factam, mediante voto; debet ergo de iure nature in ipsi sponsalibus hæc tacita conditio subintelligi, promitto contrahere tecum, nisi tamen volueris potius me dicere Deo, non solum per ingressum Religionis, sed etiam per votum castitatis subsiquens; nec sane potest altera pars iuste conquiri, si sponsus eam retineat, & a promissione recedat, per huiusmodi declarationem ipsi Deo factam, & per assumptionem statum continentie, median te voto; Adde, hoc etiam per ipsius positivum fati innatur, per ipsum enim conceditur etiam, post matrimonium ratum per verba de presenti posse quemcumque licite, & iuste Religionem ingredi, & in ea proficere, ac ita profus in tali casu matrimonium ratum ex utraque dissolvi, ut altera enim pars possit liberam cum alio contrahere, ut habetur *C. 2. de Convers. conjugatorum*, & iam supra diximus *q. 6. ar. 2. n. 190.* tanto magis igitur id supponendum est, congedi eodem iure de sponsalibus, quæ minus ligant, & obligant, quam matrimonium. Nec demum hinc sequitur, quod qui promissit Petro diviti rem aliquam, potest illam pauperibus erogare, quia hoc etiam est melius; licet enim hoc esset opus melius, non tamen per id se Deo specialiter dedicaret, & in statu perfectiori constitueretur, ut facit per votum castitatis emissum, vel Religionis ingressum, & religiosam professionem, ac proinde non ob id censendus esset solutus a promissione illi diviti facta.

307 Ad secundum, si argumentum valeret, magis urgeret contra Religionis ingressum post matrimonium ratum, quia contra votum post sponsalia emissum, quia ibi facta est traditio, & translatio corporum, quæ non est facta in sponsalibus, & tamen Deus acceptat rem alterius, tanto ergo magis poterit Deus acceptare rem alteri promissam, & ardue non collatam; Major ergo est falsitas, quando prior promissio est oblatulum implendi perfectiori statu ob rationem allatam; in aliis vero promissionibus, quæ perfectiori status non obstant, qualis est in argumento assignata, & similes, est vera illa doctrina, & Deus talem rem alteri promissam acceptat, quia promittens conditionalem habuit intentionem de non stando contractui, si velle uti divino privilegio solvendi illum, & Deo se dicendi. Ad ultimum ex Canonice, deducitur dicendum esse, per mentitam fidem non intelligi fidem sponsalium promissionis, sed fidem Deo datam per votum, quia mulier illa post votum Deo factum cum alio contrahere volebat, ut patet ex verbis textus, & Glossa ibidem; vel si per demum intelligatur sponsalia promissio, adhuc aliqua debuit poenitentia inungi, eo quod illa mulier diu antea matrimonium contrahere distulerat, & postea non tam callidè amores, quam potius nec compelleretur cum illo postea contrahere, votum emittit, ut narratur textu, ob quam dilationem, & intentionem non erat culpa immunitis, & ideo alicujus poenitentia digna censetur, ut notat Averfa *loc. cit.*

308 Dices, hanc assertionem, quod per votum castitatis subsiquens.

Pp

sequens, vel suscipiens sacros ordines solvantur sponsalia jam ini-
ta, etiam ex parte sponsi voventis, ita ut maneat liber ab illis, nō co-
herere dictis supra in hoc art. n. 302. de solutione sponsalium per dis-
solutionem ingressum, diximus enim ibi utique per talem ingressum dis-
solvit sponsalia statim ex parte manentis in seculo, non tamen ex
parte alterius, qui Religionem ingrediatur ergo ad consequenter lo-
quendum sic etiam dici debet in proposito de voto castitatis, &
Religionis, aut suscipiendi sacros ordines, non solvi sponsalia ex
parte voventis, sed tantum ex parte alterius, cui facta est renuncia-
tio obligationis. Respondetur negando pariter, quia per tale
votum assumit quis statum perfectiorem, & sibi utilem, ac Deo gra-
tum, quare licitum ei erit, in talem statum se transferre, relinquendo
statum conjugalem, non obstante promissione homini facta, hoc
autem de simpliciter ingressu Religionis sine voto procedente, de quo
ibi sermo stat, asseri nequit, quia ut ibi dictum est, non eligitur mel-
lior status per solum, & simpliciter Religionis ingressum, nisi per-
manens fuerit, & per votum professionis reddatur irtractabilis,
& cum matrim. incompossibilis; Unde si quis Religionem ingre-
diatur ob votum antecedenter factum, utique talis Religionis ingre-
ssus etiam pro anno probationis dirimit sponsalia ex parte ambo-
rum contractantium, quamvis jurata, cum semper intelligantur
jurata cum tali conditione, nisi perfectiorem statum eligam, ut
saepè diximus.

309. Quarto conveniunt Doctores, quod si matrim. de presenti
cum alia contractum sit validum, dissolvitur priora sponsalia,
& sicut de Sponsalibus, quamvis peccet mortaliter, qui se contra-
hit, ut habetur, *sicut ex litteris de Sponsalibus*, Ratio est, quia obli-
gatio matrim. est major, quam sponsalium, ergo si illa adhaerit, haec
cessat. Si verò matrim. cum alia contractum sit irritum, adhuc obli-
gatio priora sponsalia, qua non praestat impedimentum, quod de
jure non fortiter effectum, ut habet *de Regula iuris in hoc autem in-
telligendum est respectu illius, qui cum alia matrim. contraxit in-
validum, non autem respectu innocenti, hic enim liber est a spon-
salium obligatione; eo quia alter recessit a contractu cum, illo jam
inito.*

Difficultas tamen est an ita cesset, ut penitus extinguatur, vel an
sponsus soluto matrim. cum alia contracto per mortem illius non
omplius ad priora sponsalia teneatur. Prima opinio docet omnino
cessare, & penitus extinguatur soluto matrim. sive morte, sive pro-
fessione secunda contrahere cum prima, sive relicta non teneatur,
etiam ipsa volente; Ratio est, quia jam per subsequentem matrim. ex-
tinguitur profusus erat vis priorum sponsalium ex iuris antea addu-
ctis, sed obligatio semel extincta non reviviscit *ex cap. Quæris de
Conser. dist. 4.* Conf. quia matrim. superveniens est vinculum for-
tius vinculo sponsalium precedentium, & eiusdem rationis cum il-
lo, & cum eo incompossibile; ergo extinguit illud, sicut etiam qui
vult profiteri in strictiori Religione, liberatur omnino ab eo voto
per professionem factam in Religione laxiore, ita Sanch. Henric.
Tancred. Bonacina, Villalobos, Becanus, Lessius, Fillucius, &
Stephanus S. Gregorio & alii.

310. Communior tamen, & probabilior opinio docet teneri, ita
Adrianus, Petrus, Ledesma, Hurtadus, Coninchius, Vega, Ponce,
Averfa, Capensis, Brancatus nosler, & alii quamplures. Ratio
est, quia in tantum ille manet liber ab obligatione sponsalium
precedentium, quia per sequens matrimonium impeditur, ne eam
adimplere possit, sed per dissolutionem matrimonii tale impedim-
entum tollitur, & redditur habilis, & expeditus ad illa adimplendam;
ergo tenetur adimplere, si prior sponsalium eo contrahere velit; Un-
de quamvis vinculo matrim. durante cum secunda copula sit obli-
gatio sponsalium respectu prima, non tamen omnino extinguitur,
ideoque tali vinculo deficiente cum secunda, reviviscit obligatio
sponsalium cum prima ad contrahendum matrimonium cum ipsa,
nisi vel. Conf. quia obligatio valide contracta non semper extrin-
guitur per impedimentum fortius superveniens, sed suspenditur,
ut cum quis votum Religionis emitte, & postea matrim. contraxit,
& consumavit, mortua uxore adhuc Religionem ingredi tenetur;
ergo ob eandem rationem idem erit in praesenti dicendum, quia
denovo redditus est potens adimplere priorem illam promissionem,
& obligationem, & sicut matrim. consummatum post votum in-
grediendi Religionem non est incompossibile cum obligatione
voti, quamvis eius impletionem impediatur; ita matrim. contra-
ctum cum secunda non est incompossibile cum obligatione spon-
salium respectu prima, etiam si quandoquid durer impletione imple-
tionem illius, & sit incompossibile cum ipsa impletione.

Respondent Auctores prima opinionis cum Sanchez, quod obli-
gatio voti, & jugum matrimonii sunt diverse rationis, & ideo illa
non extinguitur per matrimonium superveniens, sed tantum sus-
penditur durante matrimonio, ad obligatio sponsalium est eiusdem
rationis cum obligatione matrimonii, & ideo illa per hanc tanquã
per fortiorem omnino tollitur, & extinguitur, ut patet exemplo
ab eis supra adducto, quod votum factum de ingredienda Religione
aliqua strictiori extinguitur per professionem emissam in alia La-
xiori, quia sunt obligationes eiusdem rationis, sed fortior est per
professionem, quam per simplex votum. Hac tamen solutio

non satisfaciunt. parum enim refert, obligationem esse eiusdem, vel
diverse rationis, & adhuc referre exemplum allatum, quod licet
quis post solutum matrimonium tenetur votum antea factum adim-
plere, ita teneatur adimplere sponsalium promissionem antea
factam; imò exemplum allatum duplicis Religionis potest cum
Averfa q. 8. sec. 13. retorqueri; in tantum enim per professionem in
Religione laxiori extinguitur penitus votum de ingredienda
strictiori; quia professio est vinculum perpetuum, & indissolubile,
& in hoc est simile matrimonium, quod quandoquid durat posterus
matrimonium, non obligat prior sponsalia promissio; & si spo-
natur casus, ut solveretur vinculum professionis, si v. g. Religio
illa supprimeretur, in qua emissæ est professio, alijs rebs, & con-
ditionibus immutatis, tunc resurgeret voti obligatio de ingre-
dienda Religione strictiori.

311. Ad fundamentum oppositæ sententiæ negatur assumptum,
illa enim iura utique definiunt, debere hominem manere in matri-
monio post priora sponsalia contracta, quia ipso durante priorem
promissionem sponsalium non requirit implere, sed non dicitur, pri-
orem illam obligationem ita penitus extinguatur, ut etiam matrimo-
nium cum secunda contractum per eius mortem dissolvatur, non
teneatur amplius homo factus liber a conjugio eam adimplere. Ad
Confirmationem negatur assumptum, quod secundam partem,
quamvis enim vinculum matrimonii sit fortius obligatione spon-
salium, eiusdemque rationis cum ea, non tamen est incompossibile
cum ea, ut refertur ad tempus cessationis ipsius vinculi; unde licet
quandoquid vinculum matrimonii durat, eius impletionem impe-
diat, & obligationem suspendat, non tamen omnino tollit, & ex-
tinguit; Nec valet assumpta paritas de voto ingrediendi Religio-
nem strictiorem, quod omnino extinguitur per professionem in Re-
ligione laxiori, & ratio disparitatis est, quia votum illud simplex
commutatur in eam professionem, & votum solemne, ut ex privi-
legio ecclesie, & iure Pontificio, aut ab ipso professante, quia profes-
sio quamvis in Religione laxiori, certe magis bonum est, quam
votum profertendi in strictiori, ut ait Hurtad. disp. 2. dist. 3.

ARTICULUS SECUNDUS.

Quibus aliis de causis sponsalia dissolvantur.

312. Quid præterea conveniunt Doctores, priora sponsalia
non dissolvi per posteriora, si nihil aliud accedat, quia
fides posterioris data in præjudicium prioris fidei est irrita, & inter
has duas promissiones prior prevalere debet, & de priori sponsa
rectè dici potest prior in tempore potior iure; Imò id etiam asserit
contra Innocentium cap. *Quænis de iure iurando*, si posteriora
sponsalia fuerint iuramento firmata, quia quando iuramentum
est de re iniqua, & in præjudicium tertii non obligat *de Regula iuris
in 6.* at tale iuramentum in casu nostro super factum inipsum, &
illicitum cadebat, promittebat enim, & jurabat, quod iuste, & licite
facere non poterat in præjudicium promissionis cum priori sponsa
ergo huiusmodi iuramentum non solum non est fortius vinculum,
ut Innocentius cap. *ait.* iudicavit, sed simpliciter non est vincu-
lum; ex parte tamen illius, cui prior fides data erat, soluta sunt spon-
salia, ut saepè diximus, quia innocens est.

313. Difficultas tamen est, an priora sponsalia dissolvantur per
posteriora, subsecuta copula cum posteriori sponsa cum spe matri-
monii, & ignora priorum sponsalium, nam si conscia fuit, tunc non
potest dici decepta; affirmant quamplures in tali casu priora spon-
salia dissolvi, quod teneri hanc posteriorem ducere ratione dam-
ni ei illati, quod aliter reparari non potest, ac proinde prevalere
debet priori simpliciter promissioni absque simili damno, sicut etiam
perique idem dicunt, si quis post votum simplex castitatis, aut
Religionis virginem violavit, aut honestam viduam sub promissio-
ne futuri matrimonii. Confirmatur, quia quando duo contendunt,
unus de lucro acquirendo, alter de damno vitando, huic potius fa-
vendum est, quam primo; sed secunda famina damnum patitur, &
id agit, ut damnum evitet; prior verò, ut lucrum acquirat; ergo
illi potius favendum est, quia prior vel nullum, vel leve patitur vo-
cumentum. Denum probatur exemplo contractus venditionis,
in quo secunda vindictio secuta traditione prevalere priori L. *Quo-
ties C. de rei vendic. ita Mior, Palatius, Coninchius, Reginaldus,
Rebellus, Ponce, Capensis, &c. alii.*

314. Negant quamplures alii, ut Henricus, Navarrus, Lopez, Bart.
Ledesma, Sorus, Sanchez, Tancred. Averfa, Becanus, Stephanus
S. Gregorio, Hurtadus, Brancatus ex nosleris, & alii passim. Ra-
tio est, quia per sponsalia secunda cum copula non acquiritur vin-
culum vinculum, quam sponsalium; ergo secunda nequit præju-
dicare primis; probatur assumptum, nam copula non facit vin-
culum matrimonium, quod abrogat sponsalia, sed potius est inju-
ria illata secunde, unde quamvis ante decretum Concilii Tridentini
sess. 24. c. 1. de matrimonio, priora sponsalia dissolverentur per co-
pulam subsecutam cum posteriori sponsa affectu conjugali, quia
posteriora sponsalia per talem copulam transibant in matrimonium
cap. 18. qui solum de sponsalibus, at tamen post Tridentini de-
cretum non ita sit, quia posteriora sponsalia non transibant in matri-

matrimonium per solum copulam, ergo qui hanc contraxit, tene-
ret adhuc ad priora redire, licet alter sponsorum, qui innocens est,
non maneat obligatus, & respuere possit. Confirmatur, quia cū co-
pus sponsi sit promissus, illi ex iniuria debetur, & adhuc vir-
getius illius, nec ex nova promissione cū violacione potest hoc ius
transferri in altera personam, quare adhuc prior promissio obliga-
bit, cuius etiam rei signum est, quod non oritur impedimentū pu-
blice honestatis ex secundo sponsalibus, quia nimirum nō sunt va-
lida, obstante adhuc vigore priorum, que non rescinduntur. Tādē
obstat, quia qui posteriora contraxit, nō tenetur ratione promissio-
nis, cū sit nulla, ut relata ad tempus iuris alterius, quia est rei
illicite, præsuppositis prioribus sponsalibus, negacione damni il-
lati posteriori sponsa, quia huic damno satisfieri potest cōstitutio-
ne dotis, aut alia via; ergo non tenetur posteriorē ducere, sed prio-
rem, & posterioris damnum alia via satisficere, ut bene dicitur
Hurtad. d. 2. diff. 8. Quod si aliquando alia via damno illato satisficere
nequeat, nisi cum ducendo, tenetur eam ducere ob rationes prio-
ris sententiæ, quæ id solum probatur, & non amplius, in hoc tamen
casu cessante matrimonio inito cum hoc posteriori inquit Hurtad.
loc. cit. teneri potest contrahere cum priori, si ipsa velit, & hæc se-
cunda opinio sic explicata mihi probabilior videtur, & tenenda.

315. Sexto conveniunt Doctores, fornicationem sponsi, vel
sponsæ sponsalium superveniens innocenti præbere ius dī sol-
vendi sponsalia, ita enim definitum est in ca. *Quemadmodum 2. de
iure iurando*, etiam si sponsalia fuissent iuramento firmata, & ratio
est, quia iuramentum illud hæc tacitam includit conditionem, si
alter contra desponsationis fidem non peccaverit, alius fidem fran-
gendo fides servanda non est, quæ ratio, quæ probat de sponsa, qui
fornicacione similiter fidem notabiliter frangit.
Confirmatur ad fortiori, quia vir post matrimonium contractum
potest ob fornicationem uxorem à sua cohabitatione dimittere; ergo
multo magis ante matrimonium contractum potest ob eandē
causam eam dimittere, & sponsalia dissolvere, nam facillius possunt
sponsalia solvi, quam separari matrimonium quoad thorum, quā-
vis ergo qui fornicacione commisit, ex parte sua obligatus maneat
ad sponsalia implenda, alter tamen innocens potest ab illis rescire,
si velit. Si verò post sponsalia utroque sponsus fornicaverit, velunt
aliqui in tali casu delictum unius compensari delicto alterius, ita-
que neutri liceat a sponsalibus rescire, quia in causa matrimonii du-
terque equalis est, ita Paludanus quem sequitur Bonacina q. 1. p. 100.
8. n. 6. & Stephanus S. Gregorio lib. 3. c. 90. & Branc. nosler d. 27. ar. 11.
Alii autem magis communiter negant, & volunt, sponso quidem
fas esse rescire, non autem sponsæ. Ratio est, quia multo turpius est
fornicatio in sponsa, quam in sponso in iure civili, & sponsa nota-
biliter sit vilior per talem fornicacionem, non autem sponso, & ex
fornicatione sponsæ grave damnum sponso resultat, & imminet,
propter incertitudinem securitatis prolis; quare delicta sunt valde
inparitate debent inter se compensari, quamvis enim quoad fidei
fracturam facta sit equalis compensatio, non tamen quoad utili-
tatem, siquidem longe iniquius est sponso talem ducere, quam
sponsæ tali nubere. Nec valet puritas de matrimonio assumpta, nā
facillius possunt solvi sponsalia, quam matrimonium separari quoad
thorum, & ideo inter coniuges possunt compensari delicta, ut
neuter possit separationem petere, ita Sanch. Henric. Tancred. Con-
inch. Ponce, Reg. Diana, Becc. Casp. Aver. & alii passim.

316. Est tamen duplex Difficultas; Prima est, an dissolvantur
sponsalia, quando fornicatio est involuntaria, quādo sponsa per
vim cognita est. Secunda est, an ob fornicacionē à spōsa existimata
Virgine ante sponsalia comissa, & post sponsalia à sponso cognita,
possint sponsalia ex parte sponsi dissolvi. Circa primā aliqui negant,
ratio est, quia sponsa in tali casu est inculpabilis, nec ceteris fregit
se fidem, nec in futurum suspecta redditur. Confirmatur, quia in si-
mili casu non potest uxor separari à thoro conjugali, nulla ergo ap-
paret legitima causa dissolvendi sponsalia. Tandem ita deducitur
ex *ca. desponsata 27. q. 2.* ubi sic habetur, *desponsatas puellas, & post
ab aliis raptas placuit erui, & reddi eis, quibus antea fuerat despon-
sata, etiam si eis à raptoribus vis illata confiteretur*, ita Covarr. 4. Decr.
1. par. 5. Tabiena verbo sponsalia q. 9. & alii. Communis tamen opi-
nio putat, posse dissolvi, ratio est, quia ista censetur notabilis mu-
tatio ex parte sponsæ, & ex qua vir dedecus grave pati potest, cū
vulgo satis infame sit, corruptam ducere in uxorem, præsertim
cū non ita facile constare possit sponsum per vim, & omnino in-
voluntarie cognitam esse, & quamvis etiam id constaret, & sponsa
in tali casu inculpabilis esset, adhuc tamen facta est talis mutatio
circa eam, propter quod merito sponsum eam repudiare potest; & hoc
clare deducitur ex *cap. Raptor 33. q. 1.* ubi sic dicitur, *Raptor peniten-
tiam publicam mulgetur, raptam vero si sponsus accipere noluerit, &
ipsa eodem crimine consentiens non fuerit, licentia nubendi aliis non
negatur*. Nec obstat textus in oppositum allatus, qui ibi agitur de
puellis per verba de presenti desponsatis, ubi Glossa advertit, nec
est simile de matrimonio, quia ut dictum est, multo facillius spon-
salia dissolvuntur, quam matrimonium quoad thorum. Ita Henric.
Sanchez, Tancred. Reginald. Gutierrez, Navarr. Coninch. Rodri-
quez, Ledesma, Becanus, Bonac. Hurtad. Stephanus S. Gregorio, &
Meld. in Quart. Sentent.

alii passim, qui etiam addunt, ob eandem Rationem sponsalia dis-
solvī posse ex parte sponsi, si spōsa permittat, se turpiter tangi, quia
eo ipso habetur omnino impudica, ac proinde vilior, & etiam quia
notabiliter frangit, sed in re gravi legem sponsalium, sic fidem, ob
fornicationem tamen sponsi vi sibi illata factam dicitur, sponsalia
non posse dissolvi ex parte sponsæ, quia non frangit fidem sponsa-
lium, neque sit notabiliter vilior in ordine ad matrimonium.

317. Circa secundam Difficultatem Paludanus cum quibusdam
aliis partem tuetur negativam, quod deducunt ex ca. *Quemadmo-
dum 2. de iure iurando*, ubi dicitur, sponsum non posse obicere
sponsæ fornicacionem sponsalia precedentem. Communis tamen
opinio affirmat, sponsum adhuc rescire posse, non quia sponsa fide
fregit, aut quia ob fornicacionem sponsalia precedentem in pos-
setum suspecta reddatur, sed quia adhuc per talem fornicacionem
est notabiliter vilior, quam si limitaretur à sponso. Quare sponsum in
tali casu graviter deceptus censeri debet, & quod tantum per erro-
rem confensus contraxit, aut error gravis causam dedit,
potest à decepto irritari; & ob eandem rationem propter fornicacionem
precedentem videtur exillimata honeste ante sponsalia
commissam, & postea cognita à sponso, potest sponsus a sponsa
rescire, quia scilicet illa fornicacione reddita est notabiliter
vilior, quamvis non tam vilis, ac putata virgo; Neque contra id ob-
stat prædictum *ca. Quemadmodum*, quia ibi aperte loquitur de for-
nicacione precedente cognita ante sponsalia, ubi Glossa ibi advertit
& passim Doct. exponunt sponsum autem è contrā ob fornicacionem
sponsi precedentem, quamvis ignoratam, & postea cognitam rescire
non potest, quia sponso non illam non est notabiliter vilior in
ordine ad matrimonium; Ita docent Sanchez, Tancred. Coninch.
Hurtadus, Capensis, & alii Auctores supracitati, licet oppositum
teneat Brancatus nosler loc. cit. d. 37. ar. 1. n. 43. 7. ac ratione solutus,
quia mulier semper suspecta remaneret de amore, ac fide viri, unde
exitum malum sortitur matrimonium, quia ratione addunt alii,
etiam propter tactū impudicos sponsi cum alia femina posse spon-
sam rescire; Hæc tamen ratio urget solum in casu, quo tales actus
sponsi cum altera fuissent adeo frequentes, ut indicarent animum
sponsi valde in alteram propensum, ut merito tibi meri possint, ipse
sponsus sit sponsam amatorem, & fidem ei non servaturus, in tali
enim casu si sponsa cum tali contrahere abhorret, & gravat fer-
ret, non videtur cogenda, à talis culpa demandata, ut advertunt Con-
inchius, Laym. Aver. Casp. & alii; extra verò talem casum à com-
muni opinione recedendum non est, ut quia id sponse non est dede-
cus, nam per eum modo actus vir non redditur ita infamis, ut nota-
naturatur sponsæ, nec ignominiosum esset sponse talem virum duci-
cere. Ac ut erat sponso talem mulierem ducere.

318. Septimo conveniunt Doctores, sponsalia quoque dissolvi
per lapsam termini constituti ad contrahendum matrimonium, si
terminus ille præfixus sit tanquam terminus finis obligationem,
ultra quem contrahentes obligari nolunt, dissolvi, inquam, ex parte
illius, per quem non steterit, quominus matrimonium iniretur,
Ratio est, quia prædictus terminus in tali casu ad id fuit assignatus,
ut eo transacto finitur obligatio, ergo is, per quem non steterit, ab
obligatione liber manet, quia obligari tantum voluit usque ad præ-
fixum terminum, & non ultra. Confirmatur, quia promissio non
obligat ultra promittentium intentionem, promittentes autem in
tali casu intentionem habuerunt obligandi se solum per tali termi-
no assignato. Tandem quia omnis contractus conditionalis defi-
ciente conditione eo ipso irritus est; ergo contractus sponsalium
cum ea conditione initus, si conditio deficiat, statim irritus est, &
ita habetur *ca. Sicut 22. de sponsalibus*, atque idem qui præfixit termi-
num in sponsalibus, & per eum non stetit, illo transacto non tenetur,
Alter verò, per quem stetit, non tenetur, illo transacto non tenetur,
in dicto *ca. Sicut*, quia tunc quamvis finita fuerit obligatio, ita per se
ex dictis sponsalibus obligatur tam per accidens, reddat, quod
debitur ex iniuria reddere, hoc autem limitant Sanch. Tancred. Pōc.
Bonac. Casp. & alii, quando alter abque iusta causa differt, nam si
alioqui sit legitime impeditus, sponsalia ex vi termini transacti
pæcise non dissolvuntur, quia legitime impedito non currit tempus
L. 1. C. de annali except. in fine; Alii verò, ut Navarr. Coninch. &
Hurtad. neque hanc limitationem admittunt, quia nempe sic vi-
detur, absque tali limitatione fuisse præfixus terminus, quate eo
lapso absolute sponsalia solvantur, Verum, ut notat *Averfa q. 8. sic.*
11. hæc res dependet ex intentione eorumdem contractantium, &
coniecturis de eorum mente, & circumstantiis postea occurrenti-
bus iuxta maiorem, aut minorem dilationem eius, qui iustam causam
habet, & maiorem, aut minorem incommoditatem, & mole-
stiam eius, qui expeditus est ad contrahendum. Quod si per utrum-
que stetit, non matrimonium sequatur, uterque manet liber, quia ia,
tali casu uterque iuri suo renunciavit censetur, & mutuo consen-
su sponsalia dissolvuntur.

Si verò terminus obligationi adiciatur, & præfixatur, non ad
finiendam obligationem, sed ad solidandum obligationis effe-
ctum, seu ad constitutum tempus, ut deinceps debitor in mo-
ta constituitur non solvendo, tunc lapsus termini obligationem
non extinguit; Ratio est, quia tunc terminus non fuit præfixus
Pp 2 ad

ad finiendam obligationem, sed tantum ad sollicitudinem eius effectum...

320 Octavo conveniunt Doctores, sponsalia quamvis iuramento firmata per discessum alterius sponsi in longinquas partes...

321 Sed Dubium est, quid agendum sit, quando sponsus non relicto sponsa...

322 Non conveniunt in super Doctores, ob impedimenta dirimentia...

supervenientia dissolvi posse sponsalia ex parte alterius, qui non fuit causa...

323 Disputant tamen Doctores an sponsus, qui post sponsalia contraxit impedimentum, tenetur impetrare dispensationem...

324 Decimo tandem conveniunt Doctores, sponsalia dissolvi posse per notabilem aliquam mutationem post sponsalia contracta...

325 Est tamen difficultas, an qui huiusmodi defectibus occulto laborat...

ARTICULUS PRIMUS.

An sit potestas humana ad inducenda impedimenta Matrimonii, & apud quos videatur.

328 Certum est apud omnes esse potestatem humanam ad statuenda impedimenta...

329 Nihilominus conveniunt Catholici omnes, ad id esse potestatem humanam...

qui nuptias reddunt non solum minus appetibiles, sed etiam perniciosas...

325 Aliud genus defectuum est eorum, qui reddunt quidem nuptias minus appetibiles...

326 Denique disputari solet; utrum propria auctoritate liceat ad sponsalia resiliere...

QUESTIO UNDECIMA.

De Impedimentis Matrimonii in genere.

327 Poquam in precedentibus de quidditate Matrimonii, & Sponsalium actum est...

Mel. in Quam. Sentent.